



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quæst. 1. Quæ prophetia de Christo citatur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

hæreson tollit: neque enim in suum dedecus illud  
hæreson interpretabuntur, credo. Quid igitur illos ve-  
ritate Opes credo Pontificum: & magnificentia. Quid  
tandem iusti sunt omnes esse pauperes Christiani?  
aut, si generale non est præceptum paupertatis, iusti  
sunt Pontifices esse pauperes, & clerici? & quibus  
Confessio lex illa lata est: aut si lata est, cur fundos,  
& possessiones, quaruntque, augentque illi, qui Pon-  
tificum opes non oderunt, sed possessionibus invidet?  
Sed ad hæc iam olim respondit Aeneas Sylvius. Li-  
cet igitur nostro iudicio, quando id auctoritatis & rationi-  
bus prodatur, Romanam Ecclesiam diuitem esse oportere.  
Neque diuitias ad voluptatem requirimus, sed ad tria tantum,  
ad statum honestum & dignitatem conuenientem tenendum.  
Ad alios pauperes & Ecclesiam manu tenendas. Ad coercendos  
maledictos, qui fidei sinceritati officium. Quod si quis Pon-  
tifici vbi alter vult, faciemur eum non recte agere, neg, magi-  
stri sui sequi vestigia. Neg, enim aut inter consanguineos Chri-  
stianis aatem pariti debet, aut in voluptatibus & deliciis il-  
lam consistere. Si tamen aliquis sit, qui ex minoribus prelatis  
ad maiorem bonis sibi traditis, superioris iudicio est coercendus.  
Quod si Pontifex aliquando tale egerit, maximi Dei iudicium ex-  
spectandum est: qui aut Papam, de medio tollit, aut alio modo  
providet. Neque enim primam sedem, quam suo arbitrio re-  
genda retinuit, errare & delabi patietur.

Sed quod obsecro est, quod in Romano Presule videamus in-  
decentum? An forsitan sicut plerisque Prelatorum videmus ire  
veritatem, aut auctoritatem? Equos ne Pontifex Romanus, aut  
canes, aut aues ad delicias pascit? Quis eum aliquando in spe-  
ctaculis aut ludis vidit? Saltationes & choreas & cantus mul-  
terum inquit? Vbi nunquam histriones vel pantomimi coram  
eo? Quando ille conuiuia lasciuæ aut ebrietatem spectauit,  
aut alia ludit aut sobacco? Aliena sunt hæc ab Apostolico  
Palatio. Studia Pontificis maximi & occupationes sunt, di-  
uinitate interesse mysteriis & Sacram rem facere, diebus cele-  
brioribus. Audire legationes Principum, populorumque si-  
gnare supplicationes, consolari miseros, peccatores coercere,  
providere viduatis Ecclesiis, dicere suas horas; vix illi super-  
est tempus, in quo cibum sumat, & corpori, quantum necesse  
est, somnum tribuat. Ad hæc semper querelas audit, & la-  
mentat; cum solatiis & afflictis loquitur. Nemo ad eum ve-  
nit, ut conuenerit eum, aut inuendit aliquid afferat, aut  
queruntur, qui electi sunt Episcopi, vel alij, aut cupidi plura  
petentes veniunt. Hic status Papa; hæc voluptas.

Hæc ille ad Pragmaticam Martini, quod etiam re-  
centioribus calumniatoribus responsum volo. Nec  
tamen mihi dubium est, Pontifices & Episcopos, si  
per se statum in sumptus non necessarios, atque inu-  
tiles Ecclesiæ thesauros impendant, grauissimi scele-  
ris esse reos. Quædam etiam exempla nos docue-  
runt, multos Ecclesiasticorum, cognatos suos dum o-  
pibus sacris implere conantur oppressisse, vt familiæ,  
aut ad paupertatem redactæ fuerint, aut miseris euen-  
tibus extinctæ.

§. 5. Hæc pompa & processio à monte Oliueti præ-  
cipue cepit. Græcus montem τῶν ἑλαιῶν appellat.  
noster senium reddidit, aut legit τῶν ἑλαιῶν. Syriace  
est: סורי על גב סורי super verticem montis, vel iuxta.  
gēb, vt ait glossa Syra, est idem quod גב gab  
pariet. Mons est ad orientem Ierosolymorum, inter  
quem & urbem est interposita vallis Iosaphat, Io-  
saph. l. 10. antiq. c. 6. & l. 6. belli. c. 3. Mons pernoctatione,  
& oratione Christi celeberrimus. Olim idolis  
infamis, à Salomone facto initio, quæ ad Iosiam  
manebant. 4. Reg. 23.

## QVÆSTIO II.

Quomodo Christi diuinitas ex hisce eluxerit?

§. 1. Prophetia Spiritum re ipsa ostendit, cum ait  
asinum esse aligatam, & pullum, nec modo i-  
bi esse, sed etiam ad Apostolorum vique aduentum

mansura eodem in loco. Nouerat & quid incolæ re-  
sponsum essent, & dimissuros vbi audissent Dominum  
opus habere. Quod habet & Jesus statim di-  
mitte, non est ad Christum referendum, quali signifi-  
cet eum statim iumenta remissurum. Sed prædicitur do-  
minum eorum mox permissurum, vt abducant. Eras-  
mus legit & ὁπότε, vt etiam Theophylactus. Quædā  
exemplaria habet: ὁπότε, quid agitis? quod nec in La-  
tinis, nec Syris est, nec melioribus Græcis. Maiestatem  
igitur Dominus duabus in rebus ostendit, sapientiā  
& potentiā. Sapientiā, quod omnia absentiā, &  
futura cognoscat, etiam cogitationes; itaque more  
regum exploratoribus, delatoribus, corycæis non va-  
tuitur, omnibus ille actionibus, omnium animis inter-  
est, & præst. Potentiā etiam demonstrat, cum ani-  
mos eorum in manu habere significat, vt statim con-  
cedant, quod petunt. Solet autem in minimis summa  
sapientiæ, & potentiæ documenta præbere. Deum au-  
tem esse absolute, & solitari illa miracula non pro-  
bant, sed cum doctina coniuncta, quæ se Deum esse  
professus est, vt alibi latius ostendi.

Miraculum autem fuisse, quod sine contradic-  
tione peregrinis, & Galileis asinum dimiserint, docet  
Chrysostomus: μή δὲ μικρὸν ἔδει νομίσαι τὸ ἡερὸν ἡμεῶν  
ἵνα δὲ αὐτὸς ἐπιπρὸς τῶν ἰδίων ἀφαιρουμένων, καὶ τῶν πε-  
νήτας, ὅπως ἴσως, καὶ γεωργεῖ, καὶ ἀντιπαῖν, καὶ ἡ λέγω  
μή ἀντιπαῖν, καὶ ἐρεῖ, καὶ ἐρεῖ, καὶ ἐρεῖ, καὶ παροχρη-  
σῇ; καὶ ὁ ἀμφοτέρω ὁμοῖως ἰσχυραῖσι λέω, καὶ μὴ δὲ εἶπον  
ἐκ τῶν ἡμεῶν τῶν ἐπὶ τῶν ἡμεῶν, καὶ εἰ εἰπὴν, καὶ ἀκούσας  
ὅτι ὁ κύριος αὐτῶν ἔρεῖ, καὶ παροχρησάμενος, καὶ οὐκ ἀν-  
τιπαῖν, καὶ τῶν ἐκ αὐτῶν ἐρεῖ, καὶ αὐτὸς τὸς μαθητάς.  
Non fuit res ipsa parua. Quis enim illis persuasit, quum res i-  
porum auferrentur, præsertim pauperibus, ac forsitan agricolis,  
nullo modo aduersari? Cur dixi, non aduersari, sed nec interro-  
gare quidem, aut interrogantes responso audito tacere atque ce-  
dere? Nam vtique ista pariter, mihi mirabilia & inaudita  
videntur. Non enim paruum est, cū traherentur iumenta, nihil  
dixisse: & si dixerunt, cū audissent, quia Dominus illis indige-  
ret, cessasse, maxime quum non ipsum, sed discipulos eius videret.

Nec minus miraculum; tam cito domitum fuisse  
pullum: nemo enim illo vsus fuerat. Chrysostomus:  
οὐκ οἶμαι δὲ τὸ δεινὸν τῶν πάλαι, πῶς ἀδάμας ὦν, καὶ χα-  
λινῆς ἀπὸ τοῦ, καὶ ἐκ τῶν ἡμεῶν, ἀπὸ τῶν ἐφ' ἑαυτοῦ. ὁ καὶ  
αὐτὸς περὶ τῆς τῆς μετὰ τὸν Ἰωάννην τὸ καὶ τῶν ἡμεῶν  
ἐθνῶν. καὶ τὸν ἀθρόον εἰς τὴν ἑαυτοῦ μετὰ ἑαυτοῦ. Tu vero  
subitam pulli dominationem admirare, quomodo dum esset in-  
mitus, & freni omnino expers, non resistit, nec reluctatus est, sed  
quiete quasi assuetus ferebatur. Gentium enim obedientia hinc  
significatur, & repentina in meliorem vitam mutatio.

## VERSUS 6. & 7.

Euntes autem, discipuli fecerunt,  
sicut præcepit illis Iesus. Et addu-  
xerunt asinam & pullum, & im-  
posuerunt super eos vestimenta  
sua, & eum desuper sedere fece-  
runt.

## QVÆSTIO I.

Quæ Prophetia de Christo citatur?

§. 1. Totum hoc factum ait, vt impleteretur, quod  
dictum est per Prophetam, Syrus; in manu  
βίβλ. beid. Prophetæ aut est Zachar. 9. 9. aut Is. 62. 11.  
Verba Zachariæ: Exultate filia Sion, in filia Ierusa-  
lem: Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator, ipse pauper & pheta iun-  
ascendens super asinam, & super pullum filium asina. Verba Is. 62. 11.  
Isaiæ: Dicite filia Sion, Ecce Saluator tuus venit, ecce merces simonio-  
eius cum eo, & opus eius coram illo.

Vtrumque iunxit Euangelista, quia uterque Prophetam idem prædixit. Præcipua tamen pars ad Zachariam pertinet. Prophetam vero tantam admiratus humilitatem, *Ecce, inquit, rex tuus venit*, &c. Ex quo discere licet, non ridiculam pompam fuisse futuram, nisi oraculo prænuntiata fuisset. Nam Prophetam, cum nondum factum esset, cum nondum ipse eam enuntiasset, admiratus est supereminentem Dei clementiam, & immensas bonitatis diuitias, quod eo se demiserit, quo ne cuius quidem honestior detrudi se pateretur, ex magnitudine igitur mysterii processionem Prophetam æstimauit, non ex sua prædicatione: quocirca & hinc Caluini petulantia retrunditur, cui illa historia sine illo condimento non sapit, at sanè absque illo condimento, & Isaia, & Zacharia sapiebat, & admiratione ingenti defixit, non quia ipsi ista præuiderent, sed quia Deus facturus erat.

§. 3. Iustinus Dialogo contra Tryphonem verbis Isaia probat etiam hereditatem dandam gentibus. *Et non sabbati-ent, neque circumcidantur, nec festos dies custodiant, omnino tamen hereditabunt sanctam Dei hereditatem.* Quod quidem non ex illis præcise verbis, sed toto textu intelligitur, agitur enim de gentium omnium salute.

Quod tamen ex illis præcise verbis non colligitur, sed toto contextu; nam de gentium vocatione agitur, quæ ut nouus pullus Dominum, postquam asinam deseruit, exceperunt.

§. 4. Paupertatem Christi Domini etiam Iudæorum Rabbini, aliquando cognouerunt. Nam post verba Zacharia subditur. *Et loquetur pacem gentibus, & Dominum eius à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines terre.* Rabbi Salomon de Messia interpretatur.

Iudai Christi diuinitatem agnoscunt. Verba eius: *Ecce Rex tuus veniet tibi.* Non potest hoc exponi, nisi de Rege Messia. Quia dictum est hic, *Et Dominum eius à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines terre.* Et non inuenimus talem Dominatorem, in domo secunda, hoc est, tempore secundi templi fuisse. Ex quibus aperte liquet, Regnum Messia spiritualiter intelligendum esse, cum regnum temporale, & paupertas simul esse non possint. Ad hoc etiam facit, quod Rabbi Moses Hadarlan in expositione Genesim, super illud 49. cap. eiusdem libri dictum, *ligans ad vitem pullum suum*, sic dicit, Cum venerit Messias in Ierusalem, ipse erit cingens Asinum suum, & equitabit, & super eum veniet in Ierusalem, ut ducat seipsum in paupertate, vel humilitate. Sicut scriptum est Zach. 9. cap. *Pauper & humilis equitans super asinum vel asinam.* Sequitur in libro Genesim ibidem, *Et ad palmitem filii mi asinam suam.* Quando enim veniet ad congregandum Israel. Sicut dictum est Zach. 10. *אשריה להם ואבנם* Hoc est, *Sibilabo eis, & congregabo eos, quia redemi eos.* Tunc equitabit super filium asinae suae. Et sic dicit Zach. 9. cap. *Et super pullum filium asinarum.* Hæc traditio. Item in Beresith Rabba super illud Gen. 49. cap. scriptum, *Non recedet Sceptrum de Iuda*, cum cæteris, ita legitur, *Non recedet Sceptrum.* Hic est Rex Messias Filius Dauid, qui venturus est ad constringendum regna in virga, vel cum virga. Sicut dictum est Psal. 2. *הורעם בשבט ברזל ככלי יוצר הנוצם* i. *Constringes eos in virga, vel virga ferrea, & tanquam vas figuli propicies eos.* Sequitur, *Et scribe vel contritor de medio pedum eius.* Hic est etiam Rex Messias, qui venturus est ad conterendum gentes pedibus suis, quemadmodum dictum est Isa. 26. cap. *הר מסנן רגלי עני* Hoc est, *conculcabit eam pes pedum pauperis.* Iste enim pauper est Messias, de quo dictum est Zach. 9. cap. *Pauper & equitans super asinam.*

Non potuit magis Christianè hoc regnum decla-

rari, verum Iudæorum animi toti auaritia, superbia, libidine deprauati Messiam expectabant, cuius potentia, & opibus suas cupiditates explerent, ideo duriora, sed honesta ferentem primum aspernati sunt, & deinde occiderunt. Imo non deficiunt olim ex Iudæis, qui Messiam tempore viuere non optabant, quod multa patienda amicis eius scirent. Deteriores illi erant Phariseis, qui eum ut regem magnificum, & opulentum expectabant; nam qualemcumque Messiam amabant tamen, at alii cum ex scripturis intelligerent, illi multa toleranda malebant ante eam vitam subduci, ne eius imperium portare cogerentur, miramur. Legitur in libro Zanedrin in capite Helet. Quod dixit R. Iehudi, non veniet filius Dauid, id est Messias, donec extenderit se regnum nequam, (id est Romanum iuxta R. Selomonis glossam) super Israel. Dixit R. Ghula, veniat Messias, & ego non videam eum. Dixit R. Iosef, veniat & vitam dignam sim, ut sedeam in vmbra caudæ asinae eius. Dixit R. Abbaye ad Rabba, Quæ est causa, ob quam non visum eum videre? nunquid propter passionem & tribulationem ipsius?]

Et paulo post: [Sic etiam dixit R. Iohanan etiam facies superioris & inferioris familiae. In hora enim qua dixit Deus Sanctus & Benedictus, Hi sunt operum manuum mearum. Et quomodo destruxim hos, propter istos? Dixit R. Papa, ad hoc est, quod dixerunt homines. Cucurrit bos, & cecidit, & substituerunt ei equum in stabulo. Hucusque traditio. Glossa autem R. Selomonis exponens exemplum postremo inductum, sic ait, Cum bos cuiusdam curaret, cecidit. Substituerunt ergo equum loco ipsius in stabulo. Quod an ea non fecisset Dominus bonus, & equi, tantum enim diligebat bonem. Postquam autem curatus est bos, graue fuit ei, equum de stabulo expellere, & ibi bouem reponere. Ita facit Deus Sanctus & Benedictus. Quando enim casus Israelis contigit, dat Deus magnitudinem eorum gentibus mundi. Cum vero postea Israel ad penitentiam reuerteretur, durum est Deo perdere eos, sic Gentiles propter Israel.]

Fateatur itaque Messiam pro Iudæis gentes in gratiam substituturum. Quod iam dudum esse factum, experientia docuit.

## VERSUS 8.

*Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cadebant ramos de arboribus, & sternerant in via.*

## QUESTIO I.

*Quis honor rebus ipsis Christo exhibitus?*

§. 1. Affectu multitudinis honor pensandus est. Vestibus asinam sternunt, & pullum, ramos cadunt, & viam ornant; plurimi autem faciendum, quod ait, *plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via.* Luc. 19. 37. Turbam discipulorum fuisse ait, quod non strictè de Apostolis, aut septuaginta discipulis intelligendum est, sed de omnibus, qui eius doctrinam sequebantur. Magnus ille honor fuit, & nulli Monarchæ exhibitus, ut palliis viam sternerent prope urbem, non defuisse preciosa pallia consentaneum est credere, multis ex principibus in eum credentibus. Iehu cum ad regnum eueheretur Sodales ex palliis thronum fecerunt 4. Reg. 9. Caronis abeantis pedibus mi-